REGVLA

**Cancellarie. S.d.n.d. Leonis diui
na prouidentia Pape. X. modifica
tionis cõceſſionũ ⁊ indultoꝝ. R. D.
ſancte Romañ. Eccleſie Cardinaliũ
ſuper beneficiis eccleſiaſticis ꝯceſ-
ſoꝝ: cũ publicatione expectatiuaꝝ
dandarũ in Kl'. Nouembris.**



SAnctiſſimus in xp̄o pater & dn̄s nr̄ dn̄s Leo diuina prouidentia Papa. X. Qui adueniente menſe Nouembris proxime futuro intendit gratias expectatiuas pauperibus & aliis clericis cōcedere: & iam conſtitutiones ſiue regulas ſub quibuſuis formis cōcedi ſeu expediri debeant edidit: & in Cancellaria apoſtolica publicari mandauit & fecit. Attendēs ꝙ Sanctitas ſua diuerſis. S. R. Eccleſie Cardinalibus inter alia per ſuas lr̄as conceſſit & forſan etiam per alios Roman̄. Pontifices ſue ſanctitatis predeceſſores conceſſum fuit: ut ipſi Cardinales de eccleſiis/monaſteriis/dignitatibus / perſonatibus / adminiſtratibus / officiis/canonicatibus & preben̄. & aliis beneficiis eccleſiaſticis/ cum cura & ſine cura ſecularibus & ordinū quorūcūqꝫ regularibus/ad eoꝝ collationē/ prouiſionem/preſentationem/electionem/inſtitutionem/ /ſeu quāuis aliam diſpoſitionem cōmuniter uel diuiſim ratione eccl'iaꝝ quibus p̄erant/& tituloꝝ ſuoꝝ Cardinalatus/ac Monaſterioꝝ Prioratuū & alioꝝ beneficiorum ſuoꝝ eccl'iaſticoꝝ ſeculariū & regulariū / que in titulum uel cōmendam ſeu adminiſtrationē aut etiā ut aliis unita obtinebant & impoſterū obtinerent cōiter uel diuiſim ptinentibꝰ/extra Ro. Cu. pro tp̄e uacaturis/per ſe uel alios libere diſponere poſſet perinde ac ſi gratie expectatiue/aut ſpeciales uel generales re

ſeruationes & alie conceſſiones a Sanctitate ſua & ſe/
de apoſtolica non emanaſſent/ſeu impoſterum ema/
narent/ & ſi illa in dicta Curia uacarent: in expedi/
tione litteraꝝ ſue Sanctitatis ſuper prouiſione dictoꝝ
beneficioꝝ uel mandatum de prouidendo: ſeu aliis
diſpoſitionibus eorundem Cardinalium/tam preſen/
tium/quam de licentia ſue S. abſentium a dicta Cu/
ria expreſſus accederet aſſenſus. Alioquin prouiſio/
nes & mandata/ac alie diſpoſitiones hmõi non uale/
rent: prout in litteris ſue S. deſuper confectis pleni
us continetur. Attendens ꝙ ſi expectantes in ſingu/
lis eccleſiis/monaſteriis/ & aliis beneficiis eccleſiaſti/
cis/quibus dicti Cardinales preſunt/uel que in comē
dam/ſeu adminiſtrationem aut alias obtinent/ ut pre
fertur impedirentur pretextu conceſſionū & indulto
rum hmõi acceptare beneficia ad collationem &c. di/
ctorum Cardinalium ratione eccleſiarum / monaſte/
riorum/prioratuū/& alioꝝ beneficioꝝ predictoꝝ per
tinentia: ipſi expectantes nullum fructum ex eorum
gratiis expectatiuis reportarent: ac uolens in premiſ/
ſis ſalubriter prouidere/conceſſiones & indulta hmõi
tam per Sanctitatem ſuam quam eius predeceſſores
Romañ. Pontifices conceſſa modificando uoluit ſta/
tuit decreuit & ordinauit / ꝙ in beneficiis eccleſiaſti/
cis ſecularibus & regularibus / cum cura & ſine cura
ad collationem/prouiſionem/preſentationem/ inſtitu
tionem/ſeu quāuis aliam diſpoſitionem ipſoꝝ Cardi/
nalium cōmuniter uel diuiſim pertineñ. conceſſiones

& indulta hm̄oi eiſdem Cardinalibus quoad faculta
tem q̄ diſponere poſſint de hm̄oi beneficiis ad eorum
collationem ſeu quāuis aliam diſpoſitionem ut prefet
tur pertinentibus conceſſam ſolum & dūtaxat effe-
ctum ſortiri poſſint ratione eccleſiarū : quas ſex Epi
Cardinales/ac Presbiteri ratione tituli/& Diaconi ra-
tione Diaconie/ſeu Cardinalatus de quibus intitulan
tur & intitulabuntur pro tempore / ac etiam ratione
unius eccleſie parrochialis/Metropolitañ·uel alterius
Cathedralis cui ipſi Cardinales ex cōceſſione & diſpē
ſatione aplica : ut Epi uel Adminiſtratores/ſeu Cōmē
datari preſunt uel pro tēpore prefuerint/ ac etiam ra-
tione unius Monaſterii duntaxat quod in titulū uel
cōmendam uel adminiſtrationem ut unitū obtinent:
ſeu obtinebant : quo uero ad eos q̄pluribus aliis
Eccleſiis & Monaſteriis preeſſe noſcuntur/ uel quos
illis preeſſe contigerit in futurum : ratione illius eccle
ſie Monaſterii/quam & quod ipſi Cardinales de pre-
ſenti plures eccleſias & monaſteria obtinentes preſen
tes ī Ro·Cu·infra mēſem a die publicatioñ·hm̄oi ſeu
conſtitutionis ſiue regule / abſentes uero ab eadem a
die q̄uo prima expeditio gratiaꝝ expectatiuaꝝ in Cā
cellaria aplica fiet : & quo ad illos quos plures Eccle-
ſias & Monaſteria obtinere impoſterū cōtinget infra
Menſem a die eoꝝ adepte poſſeſſionis cōputande ele
gerint & hm̄oi electionem per eoꝝ cedulā manu eoꝝ
propria & ſigillo munitā in libro Cancellarie p̄dicte
per illius Senaſcallū ſeu Cuſtodem deſcribeñ· nūc &

pro tẽpore exiſtenti. S. R. E. Vicecancellario uel ei9 in dicta Cancellaria Locũtenẽ. ſeu Regẽ. tranſmi/ſerint: in reliquis autẽ in quibus dicti expectãtes im pedirẽt uel impediri poſſent p hmõi indulta eorũdẽ Cardinaliũ quominus beneficia eccliaſtica ſub eorũ gratiis expectatiuis eis pro tẽpore conceſſis cõprehen ſa acceptare & de eis ſibi prouideri facere poſſint: in/dulta predicta prefatis Cardinalibus etiam cũ motus proprii & certe ſcientie/ ac plenitudine poteſtatis / ac quibuſuis clauſulis efficatioribus conceſſis reuocauit caſſauit & anullauit illis als quo ad reliqua in eiſdẽ indultis contenta in ſuo robore permanſuris/ac irritũ & inane decreuit quicquã illoꝝ pretextu poſt dictũ menſem a die publicationis pñtis Regule ut preferẽ computañ. ſcienter uel ignoranter contigerit attem/ptari &c.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Melchion de Campania Cuſtos.

¶Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Rome in Cãcellaria Aplica: Anno incarnationis dñice. Mil leſimoquingenteſimodecimoſeptimo. Die ultima mẽ ſis Aprilis. Pontificatus prefati Sanctiſſimi dñi nri Pape Anno Quinto.